Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cetis examinata dicit articulum esse verum · quia vidit et audivit
plura et diversa miracula circa tumbam beati leopoldi facta esse · Inter
rogata per interrogatoria supra in principio huius examinis et ut posterius
prius testis dicitur · Testis respondendo dicit qualiter ipsa de anno domini
millesimo quadringentesimo sexagesimo circa festum Nativitatis beate
Marie virginis grandida et prima partu · Dentes eius per triginta sex
septimanas in tantum tumefactus et inflatus fuit ad obstetrices et
alie mulieres eam videntes ei ac eciam fetui vitam omnino abdicarunt et
dum tantis vehementibus doloribus cruciaretur superveniebat ei maximus
fluxus menstrum qui tribus diebus abhominabiliter durabant et quia ipsa
testis novit fluxum huiusmodi mulieribus grandis et partui vicinis accidere
non debere timuit fetum suum in utero interisse ipsa propter plurimum
turbata beatum leopoldum humiliter implorabant ut sibi mereretur apud dm
omipotentem interceder dicit vt eam ab huiusmodi angustiis et periculis liberare
dignaretur se et eius fetum eius cum salute pareret ad tumbam beati leopoldi
tumbam eius oblacione devovit ipso facto mox fluxus menstrui cessavit
et puerum masculum cum salute peperit · Insuper eadem testis adiunxit
et dixit qualiter ipsa de anno domini millesimo quadringentesimo sexa
gesimo sexto cum in partu fetum laboraret matrix sive embrio vacuum fetu
indi existente extra alvum ipsius embrio sive matrix nudum apparuit in lucem
prodiit · Unde obstetrices apud eam existentes putabant tam ipsam testem
quam eius fetum iacuisse et in proximo mortuos · Tandem ipsa testis re
cordata de beneficiis per merita beati leopoldi susceptis · Iterum beatum
leopoldum pro eius suffragio humiliter implorabant vovit se et dictum eius
fetum si cum salute pareret ad tumbam eius velle venire · Statim post
huiusmodi votum emissionem fetus extra embrionem feliciter prodiit · Ipseque
embrio sive matrix in locum suum redit et sic tam mater quia infans
a morte liberati sunt · Subiungens eadem testis qualiter de anno
domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto quidam eius
filius nomine Theotynus dissenteriam per septem ebdomadas continue
passus fuerat et nullo potuit ope medicorum curari · Tandem mater
eius videlicet ipsa testis eiusdem sui filium ad tumbam beati leopoldi
cum oblacione tandele tricie ad eius longitudinem devovit statim fluxus
cessavit et puer sanatus est · Vota omnia predicta personaliter persolvit
dicens eciam eadem testis quod quotiensumque ipsa dolorem oculorum
seu quasumque alias infirmitates et debilitates passa sit ad tumbam
predictam cum oracionibus suis devote recurrit semper ibidem sanitatem
accepit et ab omnibus suis tribulacionibus liberata fuit · Credens firmiter
ex meritis beati leopoldi hec miraculose contigisse

Super decimo articulo incipiens · Item quod cum modi miracula ut testis
examinata dicit articulum fore verum quia propter illa et alia miracula